UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et Mi-||racvlis Clari, Opera

Seuse, Heinrich

Coloniae, 1615

Prologvs Brevis In Nouem Rupes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38029

Visual Library

cutior & contremiſco, Domine Deus, dum iſta loqueris, videorq; mihi vſqueadeo defeciſſe viribus, vt mox animam reddere neceſſe ſit. D. De his iam dixiſſe ſit ſatis.

Sequitur hinc, vt hic Dei amicus altiſſimum quendam montem conſpexerit, ex quo nouem immanes & vaſtæ eminebant rupes, aliæ alijs ſuperiores ad montis vſque ſupercilium, atque in iiſdem rupibus homines Chriſtiani verſabantur.

Prologvs Brevis In Nouem Rupes.

AD Deum nemo pertingere poteſt, qui nō aliquam harum rupium obtineat. Si quis autem ita ſuam velit inſtituere agereque vitam, vt in eam, vnde anima nobilis profecta eſt originem, conſpicere ſinatur, is animo ſanè virili & infracto præditus ſit oportet, celſaſque has omnes conſcendat rupes, donec ad ſupremā perueniat. Vbi tum facile docebitur, quo tendendum ſit. Præclarus reuerà ille cenſendus fuerit, qui hunc ſcandere montem rupibus diſtinctum non dubitet. Namque in hac vita ex cunctis ſuis hoſtibus palmam feret, atq; in futura beatitudine maximam obtinebit dignitatem & gloriam.

Qualiterquis ad Deū pertingere poſſit

De I. Rupe, eiuſque incolis.

Capvt XXIII.

DEvs: Nihil dubites, quin ſi diutiùs ante memorata contueri debuiſſes, haudqua-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN